

Johann Gottlieb Möller Christian Gottlieb Rosenberg

**De Seculi I. Scriptoribus Philosophis, Ictis, & Medicis Ex Chronologico Illustris  
Viri, Hermanni Conringii, de Universae Eruditionis a N. C. Propagatione,  
Eiusdemq[ue] Scriptoribus, Commentario, Nunc Primum e Msc. A Se Edito, in  
Disputatione Philologico-Philosophica, d. X. Octob. A. C. M DC XCVII. In Maximo  
Athenaei Gedanensis Auditorio, Jesu Gratia Moderante, Solenniter instituenda,  
placide disquiret,**

Gedani: Stollius, 1697

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn796463050>

Druck Freier  Zugang





B6. 1053<sup>1-31.</sup>



2.  
3.  
4.  
5.  
6.  
7.  
16.  
17.  
18.  
30.  
29.  
22.  
1.  
24.  
25.



4.  
DE  
**SECULI I.**  
**SCRIPTORIBUS PHILOSOPHIS,**  
**JCTIS, & MEDICIS**  
Ex CHRONOLOGICO  
ILLUSTRIS VIRI,  
**HERMANNI CONRINGII,**  
*de UNIVERSÆ ERUDITIONIS à N. C. PROPAGATIONE,*  
*EJUSDEM Q; SCRIPTORIBUS, COMMENTARIO,*  
*NUNC PRIMUM è MSC. A SE EDITO,*  
in  
**DISPUTATIONE PHILOLOGICO-PHILOSOPHICA,**  
d. X. Octob. A. C. M DC XCVII.  
IN MAXIMO ATHENÆI GEDANENSIS AUDITORIO,  
JESU GRATIA MODERANTE,  
Solenniter instituendâ, placidè disquireret,  
PRÆSES  
**JOH. Gottlieb MOLLERUS,**  
D. P.P. & Bibliothecarius,  
Respondente  
**CHRISTIANO Gottlieb Rosenberg / Gedanensi,**  
*Nobilissimi Dicasterii Alumno.*  
—  
**GEDANI,**  
Typis JOHANNIS-ZACHARIÆ STOLLII.



INCLUTO  
PRIMARIÆ  
GEDANENSIVM  
CIVITATIS  
DICASTERIO:  
VIRIS  
GENEROSIS, NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS, CONSULTISSIMIS,  
DOMINIS,  
DN. JOHANNI FERBER,  
NOBILISSIMI SCABINATUS SENIORI MERITISSIMO,  
DN. JOHANNI GERHARDO BARTSCH  
à DEMUTH,  
LAUDATISSIMI COLLEGH CONSENIORI GRAVISSIMO,  
DN. CONSTANTINO FERBER,  
DN. FRIDERICO Gottlieb Engelken/  
DN. NATHANAELI Barthold/  
DN. GABRIELI von Bömeln/  
DN. CAROLO ERNESTO BAUERO,  
DN NATHANAELI SCHMIEDEN,  
DN. JOHANNI GEORGIO von Horn/  
DN. JOHANNI HEINRICO Schmidt/  
DN. JOHANNI ALBERTO Rosenberg/  
DN. CONSTANTINO SCHUMANN,  
AMPLISSIMI EJUSDEM ORDINIS ASSESSORIBUS DIGNISSIMIS,  
INJURIARVM VINDICIBUS, JURIS VERO ac JUSTITIAE CONSERVA-  
TORIBUS ÆQUISSIMIS,  
DOMINIS, PATRONIS ac MÆCENATIBUS, OPTIMIS MAXIMIS,  
Specimen hocce Philologico-Philosophicum, in submissum gratæ mentis de-  
votissimæq; observantia monumentum, nec non ulteriore  
fui ac studiorum suorum commendationem, cum ardentissi-  
mo omnigenæ prosperitatis voto, humillimo consecrat cultu  
GENEROS. ET NOBILISS. AMPLITUDINUM  
*Subiectissimus cliens, alumnus debitus.*  
Christian Gottlieb Rosenberg/ Ged.

## CAPUT II.

De

## PHILOSOPHIS.

## I.

Eodem tempore, omnes GRÆCORUM PHILOSOPHORUM SECTÆ, post Socratem Athenis natæ, floruerunt.

II. Nam PERIPATETICA quidem Philosophia, quæ, Aristotelicis Libris, quibus hodiè utimur, non multò ante Augusti ævum, L. Syllæ tempestate, post aliquot seculorum sepulturam, in lucem iterum erutis, non nihil respiraverat, floruit in CRATIPPO, BOETHO SIDONIO Andronici Rhodii Discipulo, NICOLAO item DAMASCENO, Augusto Cæfari & Herodi Regi amicissimo, XENARCHO deniq;, ALEXANDRO ÆGÆO Neronis præceptore, ac SOTIONE ALEXANDRINO. Quanquam verò horum & in Veterum Libris frequens fiat mentio, hodiè tamen nihil amplius reperitur, præter paucula fragmenta, ex Nicolai Damasceni *Universali de moribus gentium Historiâ* desumpta, quæ seorsim edita sunt.

III. In PLATONIS SECTORIBUS, circalnitium hujus seculi haud parva fuit facta Doctrinæ mutatio, ut videre est ex Ciceronis Libris Academicarum questionum. Cum enim antè tantum non omnes hujus Sectatores arcem suæ Philosophiæ collocassent in ignorantiae professione, quasi nempe nihil exactè possit sciri; Ciceronis ætate id fuit mutatum, adeò, ut Cicero ipse coactus sit recep-

B

ti

5

6.

7.

16.

17.

18.

19.

20.

21.

22.

23.

24.

25.

ti haec tenus dogmatis tutelam suscipere, *Academicarum quæstionum Libris*. Postea itaque duplex cœpit esse Ordo Platonicorum, ut, illis ignorantiae Patronis relicto ACADEMICORUM titulo, novi illi, PLATONICI nuncuparentur. Sed horum omnium nemo magnum aliquod nomen in antiquitate adeptus est, tantum abest, ut hodiè quicquam ejus Sectæ supersit ex illo Seculo.

IV. In Stoicis laudatissimi fuerunt tunc temporis ATHENODORUS SANDONIS, AUGUSTI, & CORNUTUS, NERONIS tempore. Hujus præceptor fuit ex eadem itidem secta L. ANNÆUS SENECA, cuius Libri in omnium manibus versantur, inter Latinos unicus Stoicæ Sectæ Scriptor. Vixit etiam hoc seculo CLEOMIDES, cuius exstant Libri Meteorologici, seu potius Sphærici. Cum primis verò magnæ tum fuit auctoritatis EPICTETUS, Epaphroditi (Neronis Cæsar's familiaris) Servus; Adeò enim fuit in admiratione, ut non nemo ineptus mortui lucernam, Luciano teste, emerit termille drachmis; sed ille nihil scripsit, quæ enim circumferuntur ejus nomine, Arriani potius sunt, qui pertinet ad seculum proximum.

V. EPICUREÆ SECTÆ Scriptorem hujus ævi nullum commendat Antiquitas. CYNICA autem HÆRESIS omnifere tempore scriptoribus caruit, etsi longissimè omnium duraverit, utpote ad Augustini usque ævum producta; quod semel hic monuisse sufficiat. Ex quo apparet hoc seculum Scriptorum quidem Philosophorum admodum fuisse sterile.

CAPUT.

## CAPUT III.

De

J C T I S.

## I.

AUGUSTO Cæsare erat jam Romæ, ut Livius loquitur AL. III. C. 34. *immensus aliarum super alias acervatarum Legum cumulus*; seu, ut Taciti verbis utar, L. III. *Annalium*, C. 25. *ut ante hac flagitiis, ita nunc legibus laborabatur*, quod jam tum ad multitudinem infinitam, ac varietatem *Legum* esset proventum. Quemadmodum igitur jam aliquandiu fora ac judicia illius urbis sine operosa juris peritiæ exerceri non potuerunt, ita tum quoq; ex tanto *Legum* numero & diversitate, illius professionis hominibus quasi necessitate quadam autoritas crevit haud parum, contrà, quam haec tenus aut ibi aut alibi terrarum conservaverat.

II. Cæterùm quinam ante illud ævum Civilis Romaní Juris Scientiam professi sint, ex Pomponio de Origine *Juris* petendum est. Illâ verò ætate maximæ auctoritatis fuerunt ATEJUS CAPITO & ANTISTIUS LABEO.

III. Hi duo (verbis utor Pomponii;) primum veluti *diversas Sectas* fecerunt; Nam Atejus Capito, in his, quæ ei tradita fuerant, perseverabat; LABEO, ingenii qualitate, & Doctrinae fiduciâ, qui & ceteris operis sapientia operam dederat, plurima innovare instituit.

IV. Constat porrò ex Pomponio, utrique Discipulos fuisse, & Capitoni quidem MASSURIUM SABI-

B 2

NUM,

5  
6.  
7.  
8.  
9.  
10.  
11.  
12.  
13.  
14.  
15.  
16.  
17.  
18.  
19.  
20.  
21.  
22.  
23.  
24.  
25.

NUM, Labeoni verò NERVAM Patrem, qui adhuc eas dissensiones auxerunt, & tate scilicet TIBERII, CLAUDII & CAII. Sabinum sectatus est CAJUS CASSIUS LONGINUS, Nervam vero NERVA filius, & aliis quidam LONGINUS, sed cum primis PROCULUS, cuius major Auctoritas fuit, ut gliscente sectâ partim CASSIANI, à Cassio nempe Longino, partim verò PROCULEIANI dicti sint.

V. VESPASIANO Imperatore floruerunt item, Cassii auditor COELIUS SABINUS, Proculi verò, PEGASUS, Praefectus Irbis. Sub finem verò Seculi, itidem Cœli Sabini auditor, PRISCUS JAVOLENUS, & Pegasij JUBENTIUS CELSUS, Pater.

VI. Constat autem ex fragmentis illorum, quæ in Pandectis Trebonianis hodieque reperiuntur, plurimos ab his Libros conscriptos, simulque multas inter ipsos Dissensiones fuisse. Quo loco non possumus non adiungere sententiam Georgii Eberlini, doctissimi JCtij, quam in *Explicatione de Origine Juris & omnium Magistratum & Successione Prudentium*, C. 42. p. 363. in hæc verba concepit: Capitonem & Labeonem magni nominis fctos fuisse, ex iis, quæ dicta sunt, intelligi potest; sed placitis suis quilibet eorum adeò indulxit, ut nescias, confuderintne potius, an illustraverint Romanam Juris prudentiam. Semina insuper, inquit, civilium ejusmodi Controversiarum inter Discipulos sparserunt, qui arrepta illa, veluti in contraria Studia scissi; tanta pertinacia aluerunt

runt defenderuntque, ut pleraque hodiè dissidiis hujusmodi concertationibusque occupata Pande<sup>ct</sup>arum capitalaborent, & inter tractantes ea, interpretantesque peritos, Studiosos-que Juris summa sit Dissensio. Haec tenus Ille.

VII. Cum primis vero notandum, primum Augustum Cæsarem (verbis utor Pomponii) ut major juris auctoritas haberetur, constituisse, ut ex auctoritate ejus responde-rent, & ex illo tempore petib<sup>h</sup>oc pro Beneficio cœpisse. Quod factum, ut ex illo tempore vim legis acceperint Re-sponsa illorum JCtorum, quibus erat concessa facultas. Etsi enim, sine beneficio Principis, publicè antea quilibet responderet, qui fiduciam studiorum suorum ha-bebat; tum tamen primum insignis illa Auctoritas re-sponsis JCtorum accessit.

## CAPUT IV.

De

## M E D I C I S.

## I.

JAM dudum erat, cum inter Græcos Medicos, Sectæ DOGMATICORUM & EMPIRICORUM sumpsisserent initium, & vicissim Dogmatici distingvi cœpissent inter se-  
ERASISTRATÆORUM & HEROPHILÆORUM, ab HERO-

B 3

PHILO

5

6.

7.

16.

17.

18.

30.

29.

32.

A

24.

15.

PHILO, & ERASISTRATO, auctori bus, cognomentō. Ætate Pompeji & C. J. Cæsar is, nova erat Secta orta , ASCLEPIADE PRUSIENSI auctore , ASCLEPIADÆORUM. Seculo itaq; primo hoc, non mirum est, totidem in familias divisam Medicorum Sectam. Orta verò fuit Neronis ætate & alia nova Secta, cognomento METHODICORUM, institutore THESSALO TRALLIANO , homine, ut illiterato & imperito , ita summæ imprudentiæ, quippe qui omnes ante se natos contempsit , professione compendiosissimæ ad artis sumnum perveniendi rationis.

II. Sunt autem Medici nominatissimi hujus seculi hi sequentes.

III. AUGUSTI temporibus DIOSCORIDES φανᾶς Herophilæus, quem perperam, à Svida decepti, hodiè plerique credunt Anazarbensem , nobilissimum illum Materiæ Medicæ scriptorem ; ARTORIUS MUSA, ob curatum Augustum, aureâ statuâ à populo honoratus, hujusque frater EUPHORBUS, herbæ cognominis inventor.

IV. TIBERII porrò Cæsar is ætate PHILONIDES SICULUS, PAMPHILUS, MENECRATES, APOLLONIUS MYS, HERAS CAPPADOX, & SCRIBONIUS LARGUS Empiricus.

V. CLAU-

V. CLAUDII tempore celebres fuerunt: CASSIUS FELIX, HERACLIDES HIEROPHILUS Erythræus, Apollonii Mys dicti, Discipulus, Straboni coætaneus, & deniq; VECTIUS VALENS, adulterio Messalinæ Claudi Cæsaris (Uxor) nobilitatus, pariterq; eloquentiæ affectator, quemadmodum Plinius Lib XXIX. cap. I. notavit.

VI. ANDROMACHUS, Senior ille, qui Theriacæ confectionem heroicis versibus descripsit, NERON E Cæsare maximè claruit; THESSALUS item TRALLIANUS, cuius antè memini; (Ejus sectatores Galenus asinos vocare solet;) EVAX Rex Arabum, CONELIUS CELSUS, quem latinum Hippocratem & Medicorum Ciceronem vulgò appellant.

VII. Sub VESPASIANO vixit CAJUS PLINIUS SECUNDUS; (nam & hunc Medicis accensemus, quandoquidem *naturalis* ejus *Historia* magnam partem ex Medicorum libris compilata, ejusdemque argumenti est;) Quem multa sine judicio collegisse oppidò patet, præsertim ex re herbariâ, cuius utique fuit imperitus, unde sæpè etiam Herbam, diversâ ejus deceptus appellatione, viribus diversam facit, idque primus optimè demonstravit NICOLAUS LEONICENUS, & nuper etiam infinitæ Lectionis Vir, CLAUDIO Salmasius; NIGER, ANDROMACHUS JUNIOR, GRÆCINUS, MENODOTUS Empiricus, THEUDAS Empiricus, SERVILIUS etiam DAMOCRATES, (seu DEMOCRAT-

*CRATES*) Plinii æqualis, *ASCLEPIADÆ* duo, medicamentorum Scriptores, & denique *DIOSCORIDES ANAZARBENSIS*.

IIX. Sub finem demum hujus seculi, & sequentibus initium, *TRAIANO* Imperatore, *CRITO*, & *RUFUS EPHESIUS*, *NUMESIANUS*, Magister *Pelopis*, & *MARINUS* Magister *Quinti*, uterque peritiæ rei anatomicæ insignis.

IX. Horum nomina & scripta, et si iis ac sequentibus temporibus fuerint notissima, hodiè tamen à plerisque ignorantur, & maximam partem desiderantur. Tantum enim habemus nunc, ex Latinis, *CORNELIUM CELSUM*, doctissimum artis scriptorem, & *C. PLINIUM*, *SCRIBONII* item *LARGI* Empiricum Librum, sed de græco potius versum, nonnulla etiam *ARTORIO MUSÆ* attributa, sed fidei incertæ, certè tantæ famæ imparia; Ex Græcis exstat *DIOSCORIDES ANAZARBENSIS*; supersunt & *RIFI EPHESI* nonnulla, & Astrologica fragmenta *VECTII VALENTIS*; Superest & *EVACI*, Regi Arabum, adscriptus Liber, sed incertæ, imò sublestæ fidei. Laudantur denique ab aliquibus de curatione morborum Libri] duo *CASSII FELICIS*, qui tamen haec tenus in manus meas non inciderunt, quanquam conjiciam, ejus esse Problemata illa græca, quæ Cassii nomine vulgo circumferuntur.

CAPUT V.

## ADDITIONA,

Declarando Auctoris Textui inservitura.

I. *Philosophia & Philosophi vocabula*, nunc ad legitimum lumen naturalis usum adstringuntur, nunc de quocunque rerum ex lumine naturali cognoscibilium scrutinio capiuntur, late adeo, ut ad usum pariter ac abusum luminis naturalis extendantur. Priori modo, uti una est veritas, sic una etiam *Philosophia*, *Divinæ* nunquam *Revelationi* contradicens, quam qui sequitur, solus *Philosophi* elogium meretur; posteriori sensu inter se variis sectarum libidinibus & sententiis emulacionibus (ut Phrasit utar Tertullianæ, ex *Libro de Patientia*, sub initium;) discordare *Philosophiæ* & *Philosophi* deprehenduntur, totiesq; revelationi divinæ contradicere ac errare, quoties lumine naturali abutuntur. Ad sensum hunc posteriorem respicit Auctor in toto *Capite II.* quem & expendens Tertullianus, in *Apologeticis* scribit: *Quid adeo simile, Philosophus, & Christianus? Graecia Discipulus, & Cœli? Fama negotiator, & vita? verborum, & factorum operator? rerum adificator, & destructor? amicus, & inimicus erroris? veritatis interpolator, & expressor? furator ejus, & custos antiquior omnibus nisi fallor?* Ac Librò de anima: *Planè non negabimus, aliquando Philosophos juxta nostra sensisse, testimonium est veritatis, etiam eventus ipsius.* Nonnunquam & in procellâ, confusis vestigiis cœli & freti, aliquis portus offenditur, prospero errore, nonnunquam & in tenebris aditus quidam & exitus deprehenduntur, cœca felicitate, sed & naturâ pleraq; suggestuntur, quasi de publico sensu, quo animam Deus dotare dignatus est; hunc nacta *Philosophia*, ad gloriam propriæ artis inflavit præ studio (non mirum si studia dixerim) eloquii, quidvis struere atque destruere eruditæ, magisq; dicendo persuadentis, quam docendo. Formas rebus imponit, eas nunc peræquat, nunc privat, de certis incerta prejudicat, provocat ad exempla, quasi comparanda, omnia prescribit, propria etatibus etiam inter similia diversis, nihil divina licentia servat, leges naturæ opiniones suas facit. — Plus diversitatis invenias inter Philosophos, quim societatis, cum & in ipsâ societate diversitas eorum deprehendatur.

II. De-

Additamenta declarando Auctoris Textui inservitura.

II. Declarandis, quæ Capite III. Auctor monuit, ipsa formalia Pomponii verba inservire poterunt, quæ sic sese habent : *Hi duo (Atejus Capito & Antistius Labeo) primum veluti diversas Sectas fecerunt ; nam Atejus Capito in his, quæ ei tradita fuerant, perseverabat ; Labeo Ingenii qualitate & fiduciâ doctrine, qui & ceteris operis Sapientiae operam dederat, plurima innovare instituit, & ita Atejo Capitoni Massurius Sabinus successit, Labeoni Nerva, adhuc eas dissensiones auxerunt.* *Hic etiam Nerva Cesari familiarissimus fuit. Massurius Sabinus in equestri ordine fuit, & publicè primus scripsit, posteaq; hoc cœpit beneficium dari à Tiberio Cæsare, hoc tamen illi concessum erat.* *Et, ut obiter sciamus, ante tempora Augusti publicè respondendi jus non à principibus dabatur ; sed qui fiduciam studiorum suorum habebant, consulentibus respondebant, neq; responsa utique signata dabant : sed plerumque judicibus ipse scriberabant, aut testabantur, qui illos consulebant.* *Primus Divus Augustus, ut major Juris auctoritas haberetur, constituit, ut ex auctoritate ejus responderent, & ex illo tempore peti hoc pro beneficio cœpit ; — Sabino successit Gajus Cassius Longinus, — Nerva successit Proculus, fuit eodem tempore & Nerva filius ; fuit & alius Longinus, ex equestri quidem ordine, qui postea ad præturam usque pervenit, sed Procili auctoritas major fuit ; nam etiam plurimum potuit, appellatique sunt partim Cassiani, partim Proculeani, que origo à Capitone & Labeone cœperat. Casio Cælius Sabinus successit, qui plurimum temporibus Vespasiani potuit ; Proculo Pegasus, qui temporibus Vespasiani Praefectus urbi fuit ; Cælio Sabino Priscus Favolegus ; Pegaso Celsus.*

COROLLARIA PNEUMATICA.

- I. Philosophos inter Paganos, Pneumaticam nemo diligentius excoluit, quam Plato & Aristoteles.
- II. Hinc Plato dictus est *Divinus*, id quod elogii Aristoteli quoque debetur.
- III. Uterque tamen ex revelatione plus fuit suffuratus, quam ex ratione speculatus.

S. D. G.







Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn796463050/phys\\_0019](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn796463050/phys_0019)


DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn796463050/phys\\_0020](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn796463050/phys_0020)

DFG



27

ornamenti est, dicitur; hanc inquam concessio-  
fectam inter privatas quoq; ab integra gente nun-  
esse reponendam, in primis eo, quod jam in Ba-  
XI. unius R. Asai de studiis muliebribus sententia  
improbata & ipse denique R. Abhu l.c. Talmu-  
te a R. Johanne derivanda valde se torquet, ut  
ne omnium, integrum Talmud. Hierosolym. ea  
id quamquam pollere existimatione, ut illi soli fi-  
n addixerint. Quibus ita comparatis elucescit  
in foeminas cum a sacræ tum etiam profanæ litera-  
re ex Magistrorum suorum sententia exclusas,  
mus præsto sint documenta contraria, ea rectius  
ria esse numeranda ipsamque eruditionem earum  
virtivam magis quam Doctoribus probatam dici  
in omnia, utrum æquitati congruant, ipsis videant.

**XX.**

o fuit & longe diversa Apostolo Paullo & Ecclesiæ  
imæ mens ac sententia. Nam licet constanter in ea  
coetibus silentium foeminino sexui fuerit imposi-  
en absuit, ut, sive ex contemtu, sicuti Judæi solent  
ad non creati sint foeminae, gratias agentes, sive  
nim plane nullam fuisse ex. I Tim II. n. & 12. patet,)  
sacrarum literarum intimorem cognitionem &  
is communicare noluerint, ut potius εἴη μαθήτης  
τοὺς ἀδελφάς ἐπερωτᾶν, seu uti verba sonant  
υχία μαθήτων εἰπον υπόλαγχοι jubeantur, εἰπε  
dixgōi judicetur, 1. Cor. XIV. 34. sqq. ; Quibus  
itis simul officium, mulieres, cognitionis ubero-  
cupidas, instituendi & intra privatos parietes do-  
ius imbuendi injungitur. Amplius, dum seniores  
ut καλοδιδάσκαλοι sint junioresve dictis factis  
dant, ferio admonentur, non modo potestatem  
aliunde